



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Infamare, & fama.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

pellit à beneficij, & Ordinis successiope. Dispensat autem Papa, & in quibusdam Episcopis.

*Vide Syl. l. c. nu. 15. Fum. num. 4.

4 Infamis Iure Ciuili, regulariter est etiam infamis Iure Canonico. * Syl. l. c. nu. 11.

5 Ob crimen læsæ maiestatis infames sunt etiam filij & nepotes.

6 Infamia ex delicto proprio, aut parentum, tollitur Baptismo.

Infamare, & fama, vide Confessio, Iniuria, Iudiciales actus.

Infamare se grauitur, & falso, mortale est peccatum, & cum obligatione restitutionis, secundum quosdam: quod vtrumque alij negant. At *Aug. 1. de ciuitat. c. 20.* mortale esse indicat: certè in re valde graui ita videtur: imò etiam cum se quis infamat verum dicendo, potest & id mortale esse, ex scâdalo, vel damno sequenti; alioqui proprium peccatum proderet, veniale est: qui verò facit timore tormentorum, etiam se ea prodicione periculo mortis exponens, nec videtur condemnandus peccati, nec obligandus ad restitutionem, vel sibi, vel alteri, qui fortè ex eo læditur. Licet etiam proderet tuum crimen, cum vides alteri falso imponi, sed non teneris, potes etiam tacere, cum tibi crimen imponitur, quod alius fecit.

*Morta-

*Mortale ꝛ Caiet. vers. Detractio, & l.c. infra
Fum. Detractio. 5. Naua. c. 18. num. 26. & 46. in 4.
casibus m. p. putat se ipsum infamare.

Vtrumque ꝛ Sol. l. 5. q. 10. art. 2. D. Tho. 2. 2. q.
73. art. 4. ad 1. dicit in hominis potestate esse
se ipsum infamare, quando id non vergit in
aliorum periculum. Doctores pro vtraq; sen-
tentia citat P. N. l. 2. c. 4. à nu. 110. Val. t. 3. d. 5. q.
17. p. 2. putat m. p. se ipsum infamare sine rati-
onabili causa: sed pro suo, alteriusve bono
nullum crimen. vide etiam Io. B. Cor. q. 80.

Qui verò ꝛ Vide Nau. cap. 18. numer. 29. Cor. l.
c. Caiet. 2. 2. quest. 73. art. 2. mort. pecc. putat vi
tormentorum se ipsum infamare: at Sylu.
contra. vers. Detractio. §. 3. dicens pecc. mort.
esse post tormenta dicta in tormentis com-
probare: non autem in ijs, in quibus infamia
efficaciter non sequitur P. N. l. c. nu. 131. Sol. l. c.
art. 3. proximi scelus sine p. mor. patefieri vi
tormentorū, ait: ita etiam Cord. & P. N. neq;
obligari ad restitutionem, cum nihil valeat
confessio supplicij extorta: si tamen falsò in-
famaret, peccaret mortiferè P. N. n. 130. (quod
negat Syl. l. c. nisi extra tormenta ratificet) &
tunc dicta de alio retractare tenetur: & quæ
etiam de se, saltem publicè afficiendus suppli-
cio. Syl. l. c. {Licet} Cord. l. c.

2 Prælati, & quicumque ex officio aliorum
salutem procurat, peccat si famam suam seu
bonam existimationē non defendat: secus est

de priuata persona, nisi fortè de hæresi infametur, aut apostasia, aut re turpissima.

* *Vide Tol. l. 5. c. 68. Nau. c. 18. num. 61.*

Nisi fortè } *Tol. l. 5. c. 58. Salon. 2. 2. q. 62. art. 3. contr. 20. concl. 2. 3.*

3 Non potest famæ restitutionem remittere is, per cuius infamiam Resp. læditur, si tamen remittat, liberatur infamator ab obligatione iustitiæ.

* Non potest } *Sot. l. 4. q. 6. art. 3. & de ratione teg. memb. 1. q. 3.*

P. N. l. c. nu. 123. dicit, Prælatum famam remittentem non peccare contra iustitiam. In quibusdam casibus non valere remissionem tradit *Nau. c. 18. num. 46. D. Ant. 2. p. tit. 2. c. 1. §. 3. Tol. l. 5. c. 68. Salon l. c.*

4 Non potes ad tui defensionem, aut proximi detegere crimen infamantis ad minuendum eius famam, ne ei credatur, nisi accusando in Iudicio, in quo probare possis. Potes quidem dicere cum mentiri: potes, & tibi dignum honorem, aut gradum procurare, excluso eo, qui te fortè impedit, prodendo eius vitium publicū, aut naturale: nulla enim sic vteris fraude, aut vi; potes & alienum crimen ei prodere, secundum quosdam, cui perinde est, ac si non dixisses, quod alij negant; ego mortale non puto, si fiat ex causa, vbi non sequitur notabile damnum: vt cum dicis Confessori, aut alicui probo viro. Potes & pro-

tia, vel timore non resistitur.

* *Vide Tol. l. 5. c. 67.*

7 Qui non potest famam à se læsam sufficienter restituere, debet satisfacere pecunia, aut alia re, aut petere remissionem.

* *D. Th. 4. d. q. 1. art. 8. Scot. ibid. Val. l. c. d. 5. q. 6. p. 5. contra Syl. Mercat. de rest. c. 11.*

8 Qui famam alienam læsit, tenetur etiam cum suo maiori damno quàm alteri dedit, restituere; videtur autem posse nobile ignobili pecuniam pro eo dare, aut rem perinde gratam, ac famæ per verba restitutionem. Famosi verò libelli auctor tenetur per contrarium libellum restituere.

* *Val. l. c. q. 17. p. 2. col. 179. interdum etiam cum vitæ periculo: vt si Regni, aut Reip. fama sit restituenda. Met. l. 1. c. 14. §. 35. Tol. l. 5. c. 70. ex Soto.*

Famosi libelli *Met. l. c. De libellis. Io. B. Corri 2. 79.*

Infans.

Infans quis dicitur vsque ad septimum annum inclusiue. *Vide gloss. cap. 4. de temp. ord. lib. 6.*

Infidelis, vide Iudæus.

Infidelibus etiam ex causa necessitatis, aut utilitatis vendere, aut dare ea, quæ ad cultum infidelitatis præcisè inferiunt, morale